Anastasiam Berezanska, sui Recognoscentis Consortem Legitimam, et ipsius Posteros, eandem rechertatem Bonorum suorum generaliter omnium cum universis ipsi utilitatibus et usufructibus competentiaque et prerogativa quavis tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi, ac ad usus suos, et suorum successorum quosvis bene placitos libere et effectualiter convertendi, vigore ac mente aliarum Reformationum fractibus et demtiis in Regno Poloniae observari solitarum.

Terleckie Coniuges mutuam advitalitatem sibi inscribunt

Comparentes personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus,
169 Nobiles Andreas Terlecki Szymkowicz, Nobilis olim Stephani Terlecki Szymkowicz, cum Nobili olim Eva Baczynska Consorte eius Legitima procreatus filius ab una, et Anastasia Berezanska, Nobilis Basilij Berezanski cum Nobili Marina Wysoczanska Consorte eius procreata filia partibus ab altera Coniuges legitimi, sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam libere, publice, ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim, suo pro interesse recognovit. Dicta ipsi, et quidem Consors cum eiusdem Mariti sui, a [illegible] Tutoris Coniugatis personali assistentia et utraneo ad infrascripta recognoscenda consensu: sibi mutuo et legitima

inter se vna Pars alteri omnium generaliter Bonorum suorum mobilium et immobilium, haereditationum et obligationum, summarumque pecuniariarum quarumuis, nec non auri, argenti, clenodiorum, vnionum margaretarum vestium vestimentorum, tum stanni, aeris, cupri, orichalci, pecorum, pecudum, equorum equarum, ac totius supellectilis domesticae in quacunque forma et materia existentium nunc habitae et in post habendae, mutuam adviitalitatem et vsumfructum ad extrema vitae vtriusque eorum tempora tantummodo et non vltra inscripserunt, concesserunt, et assignauerunt, prout inscribunt, concedunt et assignant praesentibus, tali videlicet modo et conditione, quod si prius praefatum Nobilem Andream Ferlecki Symkowicz, Maritum, quam ipsam Nobilem Anastasiam Berezanska Consortem ipsius mori et de hac Luce decedere contigerit, extunc eadem Nobilis Anastasia Berezanska Consors sua, Bona suprascripta omnia, et summas pecuniarias morte praedicti Mariti sui derelicta, cum omni eorundem Iure, Dominio, et proprietate, competentiaque et praerogatiua quauis, omnibusque et singulis eorundem vtilitatibus, et vsufructibus tenebit, habebit et possidebit vsque quiete et pacifice vtifruetur ad extrema durationis vitae suae tempora. Post fata vero praefatae Nobilis Consortis, extunc praedicta Bona et res generaliter omnes, Inscriptioni praesenti subiectae morte praedicti Mariti sui derelictae ad successores praenominati Mariti sui sine quouis impedimento et contradictione Successorum praedictae Consortis suae totaliter et plenarie deuoluentur. Similiter quoque, si prius praefatam Nobilem Anastasiam Berezanska Consortem suam, quam ipsum Nobilem Andream, Ferlecki Symkowicz Maritum suum mori conti-

1896

gerit ex tunc idem Maritus. Bona suprascripta generaliter omnia morte praedictae Consortis suae derelinquenda cum omni Iure Dominio et proprietate tenebit, habebit, et possidebit illisque quiete et pacifice ad extrema duntaxat vitae suae tempora utfruetur. Post mortem vero et de hac luce decessum eiusdem Mariti sui extunc Bona suprascripta morte eiusdem Consortis derelinquenda ad Successores suos, sine quovis impedimento et contradictione, successorum Mariti sui totaliter et plenarie devolventur. His suis muniis personalibus Recognitionibus ad praemissa mediantibus,

Kulczycki Consorti Reformat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Hyacinthus Kulczycki Kolotczak, Nobilis olim Matthiae Kulczycki Kolotczak, cum Nobili olim Helena Rayska Consorte eius Legitima procreatus filius sanus mente et corpore existens, a

1001

Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesentique Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quoad Actum hunc attinet, se, cum Successoribus, ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo, palam libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobilis Strzelczy Kropiwnicki Bytczak, sub Kropiwnicka, Nobilis Marina Kulczycka Consorte eius legitima procreata filia, suive Recognoscentis Consorti Legitimae eiusque Posteris Summam Ducentorum florenorum Polonicalium ratione verae dotis et expeditionis post ipsam acceptae, et in ratione verae dotis importata, nec non aliam similem Summam Ducentorum florenorum Polonicarum ratione certi, veri, iusti, et legitimi dotalitii, in et super tota et integra medietate bono-